6

racionem conceptam liberius pre
dicebat. Qui certe divine
dispensationis gratia non solum ab
iustis. sed ex pontificali stirpe
ortus parentibus natus asseritur.
Unde evangelista. lectio re
citata. Fuit in diebus herodis
regis iudee sacerdos quidam
nomine zacharias. de vice abia.
et uxor illius de filiabus aaron
et nomen eius elisabeth. Erant iusti
ambo ante deum. Bene iusti
ante deum dicuntur pater et mater.
Non enim omnis qui iustus est ante homines
iustus est ante deum. quia homines secundum
quod vident iudicant. deus autem
corda considerat. Et ideo fit ut
qui iustus hominibus esse vide
atur. et iustitia et sinceritas sim
plicitatis formetur. et vana gloria
simuletur. Beatus autem ille qui in
conspectu dei iustus est. Iustus quippe
esse non potuit. non opibus iusticie
adornetur. Que autem opera iusti
cie. non observatio mandatorum
dei. dilectio videlicet dei et
proximi. Et ea que sibi quis fieri
bona appetit. proximo non inviderit
et hoc quod sibi fieri non cupit.
alio nec ipse faciat. Sed etiam
quamvis perviter alio iniuriam
volentem resistat. In his enim

mandatis ut ipse ait tota
lex pendet et prophete. Nam
subditur. Incedentes in omnibus
mandatis et iustificationibus
domini sine querela. Cum enim
mandatis celestibus obedimus
in mandatis domini incedimus.
Cum iudicamus alios cum iusticia
et timore domini. iustificationes
eius tenemus. Sed quod apostolus docet
dicens. Providentes bona non
tantum coram deo. sed et coram
omnibus hominibus. Et non erat
illis filius eo quod esset elisabeth
sterilis. et ambo processerant
in diebus suis. Divinitus autem
procuratum. ut de sterili matre
senique patre nasceretur iohannes.
ut deficiente omni lascivia
concupiscentie carnalis
manifestum esset nulla in hac
conceptione causa esse volup
tatis. sed solum desiderium prolis.
Factum est cum sacerdocio fungeretur
zacharias in ordine vicis
sue ante deum. secundum consue
tudinem sacerdocii sorte exiit
ut incensum poneret. Ingressus
in templum domini. et omnis mul
titudo populi erat foris orans
hora incensi. Una enim in his
temporibus in anno sollempnitas

met se ad deum. Certe illi qui
fecerint voluntatem domini sine
dubio ascendunt in celum. sicut
dominus deus dicit. Ubi ego sum
illic et minister meus erit.
Et sicut moyses exaltavit
serpentem in deserto. ita
exaltari oportet filium hominis.
In hoc loco recordatur dominus quod
legitur in libro numeri quando populus
israel murmurabat in deserto
contra moysen et contra deum et propter
hoc iratus est dominus. misit in eos
serpentes ignotos. qui sta
tim ut percuciebant aliquem
moriebatur ille qui erat percussus.
Et cum multi morerentur. ve
nit populus ad moysen et dixit.
Ora pro nobis ad deum. quia omnes
morimur. Et cum orasset mo
yses iussit ei dominus facere ser
pentem eneum et iussit po
nere in columpna et pro signo
dicens. Si quis fuerit percussus
et prospexerit eum vivet. Et fecit
moyses sicut precepit ei deus.
Et unusquisque statim ut morde
batur a serpentibus. aspiciebat
serpentem eneum et sanabatur.
Plage et venena serpentium
significant vicia et peccata
que occidunt animam. Serpens

Mignatt[illegible] 1565

eneus qui fuit positus in colum
pna. significans dominum nostrum qui
erat exaltandus in cruce. Et
unusquisque qui percussus fuerit
a serpentibus. id est. a viciis et pec
catis. et credit in christum qui
pro salute mundi crucifixus est
et sequitur precepta eius. Certe ille
liberatur a peccatis et liberatur a mor
te anime sue. Ut omnis qui cre
dit in illo non pereant. sed habeant
vitam eternam. Ille vero credit
in deum. qui sic vivit sicut christus
precepit. Et nos fratres karissimi qui
credimus in deum. studeamus ita
vivere. ut ad vitam eternam perve
nire possimus. Ipso adiuvante
qui vivit et regnat. Dom. i.
In illo tempore. lectio sancti evangelii secundum lucam.
Dixit ihesus [illegible] parabolam hanc. Homo quidam
erat dives et induebatur pur
pura et bysso. [illegible]
cotidie splendi[illegible]
Omnis acre[illegible] oml
[illegible]ur fratres k[illegible]
omnes hom[illegible]
[illegible] per misericordiam suam digna
tus est nobis docere. qualiter
debeamus fugere divicias seculi.
et dignatus est nobis demonstrare
qualiter querere debeamus

License: cc-by – Sansepolcro, Archivio Storico Diocesano, Archivio Vescovile, Pergamene, busta 3, n.6, 1v-2r – Homiliary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-dwjz/9288/70448)